

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Klasztoru OO. Paulinów w Częstochowie, sygn. II-3, s. 120–121

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 54 [Gn. 51]

[54] Omnis querimonia aut testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptem protestare oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que non^a monomochalia fuerint. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur^b cum |clamore^c| furtu aut spolio, deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Eciam manifestum factum esse dicitur, ubi viro gladius aut cutellus, aut alia arma sua in sua manu deprehensa fuerit, cum qua pacem infregit, aut si fugatur [s] deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore deductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere oportet circa ius pacis. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, stuprum et obsidium, irruenciam domiciliorum, homicidium, furtum et spoliolum probet homo metseptem protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc saue [s] querimonia sic debet procedere: “Domine iudex, egor [s] conqueror Deo et vobis, quod iste homo venit intra municipalia, et in me pacem fregit seu violavit, et me stupravit et spoliavit corpore, rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem [s. 121] audierunt, et ostendere volo factum, et de iure debeo, et requiro in s[e]n[tenci]a diffinita, quomodo ego ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc ille petat satisfaccionem, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroget in sententia diffinita, si mulier violenciam melius protestare poterit cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Hiis tunc diffinitur de iure, quod possit ipsum possibilis vincere cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam evadere possint. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

^a nadpisane; ^b ze skrótu może wynikać także captivus; ^c podkropkowane przez autora podstawy w sensie skreślenia

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]